



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 51. Coronatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Sæcul. XIV.
A.C. 1378.

§. LI.

Urbanus coronatur.

n. 22. Die Paschatis 18 Aprilis Papa Urbanus
solemniter & omnibus cum ceremo-
niis convenientibus coronatus est coram
universo populo, & magna piorum pere-
grinantium multitudine. Aderant cun-
cti sexdecim Cardinales: redierant enim
Romam, qui discesserant: cuncti per tri-
mestrem spatium consueta illi officia præ-
stare, ac plane cum eo, tanquam vero
cum Papa vivere pergebant. Postridie
impositam illi coronam 19 Aprilis agen-
tes Romæ sexdecim Cardinales sex reli-
quis Avenione hærentibus scribebant
hunc in modum: Ut probe sciatis ea,
quæ Romæ facta sunt, nec habeatis fi-
dem illis, qui rem vobis aliter indicarunt,
accipite, quæ nunciamus! Post obitum
Papæ Gregorii XI septimo mensis hujus
conclave ingressi postridie mane sub ho-
ram tertiam (vulgo nonam) concorditer,
ac libere in Papam cooptavimus Domi-
num Bartholomæum Archiepiscopum
Barianum, electumque declaravimus præ-
senti populo numerosissimo. Post bi-
dium Papa novus publice collocatus in
solio nomen Urbani, ac die Paschatis co-
ronam solemniter accepit ritu. Huic epi-
stolæ sua nomina subscribebant omnes sex-
decim

Rayn. 1378.
n. 19.

decim Cardinales. Sex Avenionenses Sæcul. XIV. A.C. 1378.
 in responso suo Urbanum agnoscebant Pa-
 pam: & Cardinalis Ambianensis a sua
 per Hetruriam legatione Romam profe- Papebr. n. 25
 ctus, & 25 Aprilis exceptus in senatu
 pontificio ut Legatus Urbanum salutavit
 Summum Pontificem. Ita hic diserte
 fuit agnitus ab omnibus viginti tribus,
 qui tum sacrum componebant Collegium.

Verum secunda die Paschatis, post- Th. c. 4.
 quam cantui vespertinarum precum in
 majore palatii sui sacello interfuerat, Epi-
 scopos, qui eo venerant, palam objurgare
 cœpit, esse omnes perjuros dicens, quip-
 pe qui suas reliquissent Ecclesias, ut in
 ipsius curia residerent. Silebant cuncti;
 præterquam Martinus Episcopus Pom-
 pejopolitanus, Papæ a libellis supplicibus,
 Catalanus, clarusque Doctor Juris Cano-
 nici, quod Avenione diu docuerat. Is
 Papæ respondit: Non sum perjurus: nec
 privatæ, sed publicæ utilitatis causa in
 curia verfor, paratus inde ad Ecclesiam
 reverti meam. Ita carpebat clanculum
 increpantis imprudentiam.

Sequente die lunæ senatum habebat c. 5.
 publicum, cui Cardinales, Præsules, ac
 Romanæ curiæ Ministri magno numero
 intererant. Instituens sermonem in he-
 sternum Evangelium de pastore bono rur-
 sus Cardinalium, Præsulumque mores
 castigabat asperius. Improbabant hoc illi,

Hist. Eccles. Tom. XXIV. X ac

Sæcul.XIV. ac præterea non magnopere curabant:
A.C.1378. sic Urbanum reddebant odiosum incon-
sulta hæc monita, & nihil aliud efficie-
bant. Sub idem tempus, cum ærarii A-
 postolici minister e provincia quadam ve-
 niens collectos nummos pauculos illi at-
 tulisset, homini dixit hæc S. Petri ad
Act.c.8.v.20. Simonem verba: *Pecunia tua tecum sit*
in perditionem! nec accepit. In dies sin-
 gulos agebat multa similia: quæ animos
 ab eo alienabant.

§. LII.

Cardinales Anagninæ commorantur.

Th. c.7. Sub medium Majum Cardinales Papæ
 infensi relicta, ubi hic adhuc erat, Ro-
 ma Campaniæ urbem Anagniam petie-
 runt: obtentum eis præbuerat fuga calo-
 rum, qui tunc Romæ invalescunt. Pau-
 eis post diebus Papa Cardinales contra
 se conspirasse audiens factam eis abeundi
 copiam dolebat: & quod se illos redu-
 cturum ad officium speraret, Roma sexto
Vita to. 1. Calendas Julii Tibur fere in medio Ro-
p. 464. mam inter & Anagniam situm profectus
 quatuor circiter menses ibidem mansit.
 Interim Cardinales Avenionenses eum
Marten.the- agnoscebant Papam. Etenim, cum Pe-
faur. to. 2. trus Gandelinus Nobilis Gallus commis-
p. 1073. sam sibi castellum S. Angeli Papæ Urba-
 no injussu horum Cardinalium cedere
 recusa-